

R. 227.265

AMOR
DIVINVS



CAROLI SCRIBANI

è Societate IESV.



LVGDVNI,

Apud Michaelem Cheualier, in
vico Mercatorio.

M. DC. XVII.

Permissi. Rex. Superiorum & Privilegio.

23
5c



4616

Digitized by Google



LVDVS
IN SECVLI
AMOREM
INIMICVM.

AMORI
DIVINO.

I.

Non esse seculo fidendum.



*VID mundus fragilè
confusus purpura,
Triumphos memorat
fallaci murmure?
Qua spondet munera vane poten-
tia.*

*Vix sunt crepundia rudis infantie,
Vt Aquilonibus raptata folia
Dum miscent fatua inter se pralia:*

SC 4

Sic pede celeri decurrunt gaudia,
Et mundi fugiunt sperata pramia.

Quod rosa & viola decocta Soli-
bus,

Quod caltha & lilia proiecta feri-
bus,

Quod fœnum validis protritum pe-
dibus;

Hoc mista gloria est amoris ignibus
Plus pulsis nubibus, plus fide fla-
tibus,

Plus vento valide dispersis niuibus,
Et plus fugacibus crede volucris.
Quàm carni fragili, vel vânis opi-
bus.

Plus fide Oceanos plus Ætna mō-
tibus;

Et plus mortiferis Berosi fontibus;
Plus calo nubibus saxa vomētibus.
Quàm sponsonibus mundi fallenti-
bus.

Plus crede rabidis leonis dentibus,
Harpiis effervis dirum frementibus:
Plus venerariis fide serpentibus,
Quàm mundi spoliis blâde ludētibus.

Quid

*Quid celsa sequeris? doloſo culmi-
mine*

Mors ludit credulos fallaci ſtamine.

Quid longa memoras? in ipſo lumine

Inani corrues luſus imagine.

*Nam quidquid ſeculo mortali na-
ſcitur,*

*Momento ſeritur, momento condi-
tur,*

*Momento panditur, momento clau-
ditur;*

*Momento erigitur, momento labi-
tur.*

*Quid fidis robori? & ſaxa cor-
ruunt,*

Et manus marmora pradura diruunt.

*Qua ſeculis ſteterant, ſcint illas me-
tuunt.*

*Et imbres, chalybem ferrumq; di-
luunt.*

*Quid annos numeras? momento
rapimur.*

*Quid genus, proavos? momento mo-
rimur.*

Quid opes? iudici ſiſtendi ducimur,

650 CAROLI SCRIBANI
Et fors iam ignibus dammandi cin-
gimur.

Quid arma exacuas spe plenus
optima?

Sudata incudibus Aetnaeis intima,
Mundiq; robora quacumq; maxi-
ma,

Opima corrunt inferni victima.

Quò abner, Amasa, bellorum ful-
mina?

Quò Saul, Ionathas Iudaea lumina?
Momento maxima procumbunt cul-
mina,

Dum calisaniunt pradura exami-
na.

Quid arma proderunt, cùm nudò
sistimur?

Quis mina & animi? inertes co-
gimur,

Permisti purpura sagoq; volumur;
Et tanquam cineres flammis com-
molimur.

Et tanquam fursures molis con-
terimur:

Favilla similes igni consolvimur.

*Et tãquam pluuia calo depellimur:
Pœnisque immitibus terra recon-
dimur.*

*Vt aqua nubibus, sic terris fun-
dimur,*

*Vt alga vilior, sic leues spernimur;
Vt pila calitus mortales ludimur,*

*Et tandem valida fornace exuri-
mur,*

*Flammæ stipula semper vi-
uentium,*

Prunarum cespites semper vrentiũ,

Pœnarum fomites non morientium,

*Dolorum pabulum semper torquen-
tium.*

II.

Emendationem non esse diffe-
rendam in mortem.

QUò fata properant prædura &
aspera?

Quò tela exacuiunt, dira q̄, & esse-
ra?

Cùm tanta demerunt falce præpro-
pera,

Non

Non sceptrâ recolunt, non auri pondera.

Non pareunt matribus, non caro pignori,

Non regnum in posteris votivo semini;

Non auis, proavis, non forma, aut generi

Non sceptro aut opibus, non celso muneri

Quem non conterreant præcelsa numina.

Quæ tanta conterunt calcantq; nomina,

Et ferè eruderant primæva germina?

Funesta degimus sic inter limina.

Cùm mundi deprimunt velluntque lumina,

???: vento palea deflantur flumina,

Superbi vertices altaq; culmina:

Credas è nubibus contorta fulmina.

Quid vitæ? vitrea quod gemma pensilis.

Et scena è niuibus, fumoq; similis:

Ac

*Ac vix ficulneis aquanda ꝑoculis:
Aut vultu tenero qui ludūt oculis.*

*Cūm telum admouet mors fleētī
nescia,*

*Et dolor occupat corda tepentia,
Quid mens tum deligat factorum
conscia,*

*Et è sceleribus pœnarum præscia?
Dum tempus patitur, locusq; fle-
tibus,*

*Pulsemus Dñm densis gemitibus.
Non vota sileant accensa precibus,
Et tamquã mediis nata caloribus.*

*Ne serò doleas, cūm nullus lu-
ctibus.*

*Non locus lacrymis, sanctisq; mo-
ribus:*

*Non pœnitentiis, votis, virtutibus,
Nullis suspiriis, curis, muneribus.*

*Cūm reus steteris, flammis fu-
rentibus,*

*Pœnisq; innumeriis circūm frenden-
tibus*

*Nequidquam lacrymis seris caden-
tibus,*

Aut à suspiriis votis calentibus.

Pro mundi illecebris, aeternis igni-
bus,

Flammisq; sulphure & pice natan-
tibus,

Quis vel fornacibus semper arden-
tibus,

Vel prunis subiici velit cādentibus.

Quis mundi inanibus captus cre-
pundiis

Æternùm exulet lubens delitiis;

Æternùm naufragus calorū gau-
diis,

Æternùm numinis possessus odiis ?

I I I.

Perire quidquid hic magnum est.

Q*uò mina Antiochi iraq; re-*
gia ?

Vel quò Sennacherib, castraq; Assy-
ria ?

Quò dicta Rabsaces blasphema &
effera ?

Lingua Nicanoris fallaxq; dexte-
ra ?

Quò potens Tullius verborum
flumine?

Rerū Demosthenes diues molimine?

Quò primus Latio Crispus acumi-
ne?

Vel Plato calitus edoctus numine?

Fœcunda Origenis quò nunc acu-
mina?

Vel Afri rupea tonantis fulmina?

Quò flecti Calari ignara pectora?

Aut Hos I fortia tot annis roborata?

Quò Phœnicopteri Apici fercula?

Æsopi patina, murhina vascula?

Quò Alcibiadis, Torquati pocula?

Natansq; Assyrio cruore crapula?

Fœcunda Alcinoi quò nunc po-
meria?

Hortisq; pensēs, Luculli pradia?

Euripi, & montibus subducta ma-
ria?

Vel quò Polycratis fortuna Samia?

Quò Cui I machina pendens Ica-
ria?

Quò Scauri vitrea scena & mar-
morea?

656 CAROLI SCRIBANI
Et Mida fercula quò Regis aurea?
Corona Marsya sperata laurea?

Quò Caii Lollia gemmato mu-
nere?

Elata Arabico Poppea funere,
Auro quæ solita iumenta sterneret
Gemmas Cleopatra consueta bibe-
re?

Vt bulla labitur quidquid hic
nobile:

Vt flos, sic aestluit quidquid ama-
bile.

Vt umbra deperit quidquid optabi-
le.

Nil firmum cogites, nil terris sta-
bile.

Nulli te proavi, non parva glo-
ria,

Non opes eximent forma, scientia,
Non honos robora, prudens solertia,
Non menti aut corpori concessa gra-
tia.

Virtus sed unica terrores adimet,
Sola te gaudiis aternis inseret,
Hac una gloriam pœnasq; dirimet,

Ben

Beabit pramiis; tormentis eximet.

I I I I.

*Intutam esse honorum & digni-
tatum prærogatiuam multo-
rum exemplo.*

Q*uid auro, honoribus; sceptris
extollimur?*

*Non pares nascimur, paresque mori-
mur?*

Non pares media iuuenta tollimur?

Et cursu propero fortune pellimur?

*Non pares sanguine, paresque
tempore?*

Non pares anima, paresque corpore?

Non pares pretio, Christi; vulnere?

Fortuna impares si simus munere?

*Quò Regum Salomon primus
prudentia?*

*Vel Sanson Dalila? captus de-
mentia?*

Aut Hemor fatua lusus fidentia?

*Vel cunctos superans Xerxes po-
tentia?*

*Quò Cyrus pallio cinctus coc-
cineo?*

658 CAROLI SCRIBANI

Quò Phycæ rutilans theristro
gemmeo?

Quò splendens balteo Darii
aureo?

Vel Dives habitu nitens purpu-
reo?

Quò Cræsus insolens fidens
diuitiis?

Quò dirus Hannibal ferox vi-
ctoriis?

Quò magnus Macedo, Persarum
spoliis,

Nec orbis maximi satur exuviis?

Quò Sylla madidus civili
sanguine?

Et Caesar gladiis raptus ceu tur-
bine?

Quò tectus Africo Pompeius
cinere?

Vel Crassus Parthico delusus
pulnere?

Quò Nero, Claudius, Heli-
gabalus?

Galba, Caligula, Otto, Vi-
tellius?

Quò Verus, Partinax, Valens,
Magnentius?

Balbinus, Maximus, Pifo, Leon-
tius?

Quò Reges reliqui, tot ma-
gna nomina?

Quò duces, Principes, terrarum
Numina?

Momēto citius claudūtur lumina,
Nec parcunt generi Parcarum
stamina.

Aeterna cogites, ignes, &
pramia,

Aeterna contue, flammis, &
gaudia.

Aeterna delige. Stat pars gloria,
Stant poena: & nemini patens
effugia.

V.

Infelici plurimum Regum ma-
gnorumque exitu purpuram
sceptraque docemur contem-
nere.

Qvi Reges numeras terrarum
lumina,

*Qui duces inclytos bellorum ful-
mina:*

*Funesta prospice regnorum cul-
mina,*

Incerta purpura fallacis omnia.

*Quò Remus, Romulus, Sextus
Tarquinius?*

*Quò Titus, Tatius, Tullus, Ho-
stilius?*

*Vel Ancus Marcius, Servusque
Tullius?*

*Priscus, Herculeus, Drususque
Manlius?*

*Quò Gracchi, Melius, Scia-
nus, Marius?*

*Quò Cato, Regulus, Carbo, Lici-
nius?*

*Ruffinus, Cassius, Brutus, Antonius?
Gallus, Copronymus, Phocas,
Alexius?*

*Silvanus, Lentulus, Constans,
Sertorius?*

*Quintillus, Didius, Probus, De-
matius?*

Carmus, Tacitus, Leo, Valentinus?

AMOR DIVINVS. 661

*Macrinus , Commodus , Carus ,
Procopius ?*

*Comnenus , Nicias , Celsus ,
Constantius ?*

Agis , Miltiades , Zeno , Decentius ?

Traulus , Leonidas , Syphax , Aëtius ?

Conon , Themistocles , Dion , Isaciuss ?

*Achilles , Hercules , Hæctor ,
Numantius ,*

*Tigranes , Phocion , Pyrrhus , Bri-
tannicus ?*

*Autus , Michael , Thomas , Phi-
lippicus ?*

*Theseus , Pausanias , Glycas ,
Isauricus ?*

*Lucullus , Lepidus , Lysander .
Lucius ?*

*Marsfredus , Vitiges , Massa , Par-
thenius ?*

*Cabrera , Stilico , Silanus .
Elaius ?*

*Philippus , Datamis , Brocas ,
Ablaius ?*

*Omnes domestica , aut hostili
corrunt:*

*Mansu praepropere , ferrove in-
tereunt ;*

*Aut duro exilio , aut veneno
concidunt ,*

*Morteq; inglorij funesta pe-
reunt.*

*Hac sceptris gloria daturq;
purpura :*

*Hac auro & opibus ; fatali mur-
mure ,*

*Hostili ut posteros funestent
vulnere :*

*Elasti barbaro , & cruento fu-
dere.*

*Morte pars minima : pacata
concidunt ,*

*Morte pars maxima funesta con-
cidunt.*

*Qui tela nesciunt , aereore pe-
reunt ;*

*Vel lenta sanie , tabeque cor-
ruunt.*

*Quid tendis animum ? cum
magna memoras ,*

Enses,

AMOR DIVINVS. 663

*Enses, exilia, venena praparas;
Funes, equuleos, secures compa-
ras,*

*Multorum odia, pœnasq; innu-
meras.*

*Honores prouocant? ignes pra-
pediant.*

*Voluptas allicit? flamma te ter-
reant.*

*Opes te pertrahunt? pœna te re-
trahant.*

*Aeterna prouidi tormenta me-
tuant.*

*Qui sceptrâ numeras, recen-
se vulnera.*

*Qui bella, & aquilas, prospecta
funera.*

*Qui castra & oppida, metire
tempora.*

*Et post hac ignibus damnata cor-
pora.*

*Tam magno luitar, quod
breui transuolat,*

*Vix plumas contines, & corpus
euolat.*

Ut actor fatua fias comœdia,
Vel seua nobilis scena tragœdia?

Quid vasta nemora, quid
agros cumulas.

Quid ades adibus regnorum amu-
las?

Ut venti tumidas dispellunt ne-
bular,

Sic anni has perimunt terrarum
papulas.

Quid hortos pascuis fontesque
accumulas?

Quid rupes montibus vallesque
vinculas?

Ut has posteritas enarret fabulas,
Fortuna vomitus, funestas cra-
pulas?

Quid lacus, flumina, torren-
tes numeras?

Quid castra & oppida, sceptraque
memoras?

Cùm Cræsos opibus Midasque su-
peras,

Non ad supplicia flammisque
properas?

AMOR DIVINVS. 667
Succedunt commodis tormenta
immania.

Luenda, ô nimum magno! ve-
sania.

Cùm solis ignibus lingua po-
tabitur:

Cùm flammis sulphure, pice
cœnabitur.

Stillansque digitis gutta nega-
bitur:

Nec quidquam precibus fufis do-
nabitur.

Non anni reduces, non vita
dabitur,

Qua cursu properans cita di-
labitur:

Quis flammis miseros cinctos so-
labitur,

Cùm nullis lachrymis crimen
piabitur,

Quibus tunc viribus mens
roborabitur,

Cùm tantis ignibus nec gutta
allabitur?

Cû in sola pietas calo locabitur?
Sola

Fuga eorum quæ seculo sperari
possunt, iudicio & pœnis pro-
positis.

Fœcunda diuiti quid dabunt
prædia?

Sudata noctibus dieque studia?

Quid ingens domino parta pe-
cunia?

Quid fasces purpura, sceptraque
regia?

Cùm telum ingulo mors cita
admonerit;

Index sensentiam supremã tulerit,
Ignesq; indomiti flammaq; steterit;
Spesque omnis animam salutis
fugerit?

Cùm sacra aternitas mundo
insonnerit,

Summiq; iudicis vox insonnerit,
Et omnis validus mente exhor-
ruerit,

Terraque pedibus subducta fuerit?
Tortorum millia cùm circum-
steterint,

670 CAROLI SCRIBANI
Testesq; innumeri parte omni cin-
xerint,

Spem fugæ aut veniæ cum cunctis
clauserint,

Mentemque crimina factaque im-
pulerint?

Cum flammæ oculi furentes
viderint,

Ignesque demones flammâsq; ad-
moverint,

Cum picem, sulphura, tormenta
senserint,

Quicumque calitus damnati fue-
rint?

Quid auri proderunt congè-
sta pondera?

Quid Regum, Principum, ma-
gnorum munera?

Hortique, pascua, fontesq; nemora;
Inter sanissima tortorum verbera?

Quid Venus pocula, mensaque
dederint?

Quid noctes lusibus insomnes in-
uerint?

Cum cantus gaudia, risusque
enarr-

emenerint,

Et post perpetua flamma succes-
serint?

Quid longa series annorum
faciet?

Quid genus, proavi, formaque
pariet?

Quid sceptris, purpura, regnoque
eveniet,

Cum ignis efferus aeternum
sanciet?

Quid magna proderunt scripta
volumina?

Lassata sapiens qui docta limina?

Quid versus nobiles librorum
lumina,

Si feruet ignibus aeternis ani-
ma?

Quid plena pulpita verbis sonan-
tibus,

Farta sententiis altè tonantibus,

Densata lacrymis ora manan-
tibus?

Si membra validis torquentur
ignibus?

Cùm moles imminet incautos
obruat.

Lapsus ex humili, planoque
tutior,

Cùm è præcipiti ruina granior.
Ex alto durior, planoque mi-
tior,

Atque frequentior, planoque ra-
rior.

Sic summi vertices tangun-
tur fulmine,

Quamvis prævalido cincti mini-
mine,

Superba pectora calcantur mi-
mine,

Quantumvis callido testa moti-
mine.

Sic altas arbores venti præci-
pitant,

Duraque robora momento excan-
dicant:

Celsaque rabiem ventorum pro-
vocant,

Accendunt animos, minasque
exasperant.

674 CAROLI SERIBANI
*Virgulta tenera cùm Noti
quasiunt,*

*Aut Aquilonibus lentata pro-
ruunt,*

*Stant fixa sedibus, irasque com-
bibunt.*

*Nec saniam rabiã, minasque
metuunt.*

*Sors dura & aspera magnorum
amula.*

*Magnorum inuida, diraque fa-
cula,*

Futuri generis infamĩs macula.

*Cùm regnum sistitur fatorum
famula.*

*Cùm summo vertice mothen-
to labimur,*

*E primo culmine momento pel-
limur:*

*E summis opibus momento excin-
dimur:*

*E celso munere momento excu-
timur.*

*Cùm flore medio fracti de-
pluimur,*

Iuuenta media rapti protrudi-
mur,

Mundique gaudiis viles proscri-
bimur,

Regnoque medio sceptrisque emer-
timur.

Vt flores pampini, baccaque
excuntimur,

Vt vento folia concussa spargi-
mur,

Vt denso arundines imbre propel-
limur,

Vt Euro palea subasta rapi-
mur.

Aeternis animos tepentes
erigas,

Aeternis noxia cordi submoneas,

Aeternis pramisa mundi discuti-
tias,

Aeternis pristina moresque cor-
rigas.

Aeternum vs Numini con-
iunctus gaudes;

Qua mundus munera promittit
fugias.

676 CAROLI SCRIBANI

*Aeternum corpore, menteq; ut
valeas,*

*A carne, honoribus; auroque
careas.*

*Aeternum ut ignibus flam-
misq; careas,*

*Densis gemitibus peccata de-
leas:*

*Aeternum ut animum poenis
eripias,*

*De carni fragili, mundaque pa-
reas.*

I X.

*Aeternam pro breuibus poenis
remunerationem manere,
Virginum docemur exem-
plo.*

D*VM sauit Africus, tunc rosa
rutilat,*

*Et Austro viola perflante pur-
purat:*

*Et Eurus lilia proza diffuauit,
Vix nulla eroborat, nec vlla exa-
nimat.*

AMOR DIVINVS. 677
Duo feruet carnifex, exsurgunt
Barbara.

Secantur ubera, clarescunt Aga-
tha.

Dum fumant balnea, surgunt
Cacilia.

Dum tela depluunt, nascuntur
Vrsula.

Tauro Phalarico splendet Pe-
lagia.

Flammis exilio triumphat Fla-
uia:

Vncis equuleo & crucequo Eu-
lalia:

Virgis, pectinibus, flammis Fre-
bonia.

Rotis sartagine, vinculis
Euphemia:

Tedis ardentibus, fuste Sera-
pia:

Felle, craticula, ferisq; Ma-
xima:

Securi & oleo ferventi Eulam-
pia.

Lucia gladiis, & Agnes

*Pro vita labili aeternam animat.
Pro pœnis breuibus aeternam re-
creat.*

*Maritas humiles donis cele-
stibus.*

*Maritas tumidos aeternis igni-
bus.*

*Amicat teneras primis virtuti-
bus.*

*Lassantur validi magnis scele-
ribus.*

*Qui speras maxima? calos
inambula.*

*Vt parua referas, mundum peram-
bula.*

*Quid sunt hæc aliud quàm castæ
famula,*

*Vel tamquam vitrea commissa
pocula?*

X.

*Comparatio rerum seculi huius
& alterius.*

Q*uid terra portio puluisque
extolleris?*

Non nudus utero matris effunderis.

abigat?

Pro tam fugacibus quis flammās
eligat?

Sirenū vocibus quis aures
præbeat?

Quis ignes cogitans terrena
voveat?

Aeterna providens non mente
paveat?

Flammāsque contuens non totus
horreat?

Felix qui potuit opus con-
temnere.

Prudens qui gloriam concessam
spernere.

Fortis qui munera mundi respue-
re,

Aeterna pramia doctus eligere.

Mundi qui negligit promissa
pramia,

Aeterna breuibus mercatur gau-
dia:

Mundi qui sequitur promissa
pramia,

Aeterna breuibus cōmutat gaudia.

*Quæ sana aternitas aterniùm
colligat?*

*Nullaque aternitas aterniùm mi-
tigat?*

*O dura nimiùm pœnarum
aternitas!*

*O sana & effera flammarum
aternitas!*

*O cruda nimiùm, longaque
aternitas!*

*Finemque nosciens aterna aterni-
tatis!*

